

1303, Marzo.

*Permesso al Bailo A. Sanudo di restar tre mesi in Armenia e tre in Cipro.*

Volumus esse inter Quadraginta, quod fiat gratia Nobili viro Andreæ Sanudo Baiulo Armeniæ per suam commissionem possit stare tribus mensibus in Armenia quo vult, et possit stare tribus mensibus in Cipro, et si Consilium est contra, etc.

1329, Luglio 19.

*Dono di quattro lire di grossi al Re d'Armenia.*

Quod de denariis nostri communis Ambaxatori domini Regis Ermenie dentur libras quatuor grossorum pro donis.

[Vol. III. c. 4 ov. 7].

1330, Febbraio 26.

*Perdono a M. Bembo che aveva dato armi al Capitano d'Ayazzo.*

Cum nobilis vir Marcus Bembo anno elapso esset in Ajacio cum una sua tereta, pro conducendo frumentum Venecias, et Capitaneus qui pro domino Rege erat in Ajacio sibi peterit pro furnimento castri aliqua arma, videlicet coratias XL fornitas, Ballistas XVIII, Pavesios XX, et cassas duas falsatorum, et ipse timens ne sibi per vim acciperet, et impediret frumentum sibi, dicta arma vendidit; propterque arma capitaneus postarum condemnaverit Nicolaum Calderam patronum dictae galee in libris VIII  $\frac{1}{2}$  grossorum; Vadit pars, quod dictus Nicoletus a dicta condemnatione, facti conditione pensata, absolvatur: et Capitanei postarum sunt contenti.